



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

VI. Memor esto, quoniam mors non tardat. Eccl. 14. v. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](#)

quæ paucis passibus te perventurum
putabas. Unde sapientissimè , pla-
nèque Divinè Christus ait: *Cùm fece-
runt omnia, qua præcepta sunt vobis, di-*

*cite : servi inutiles sumu. Iu-
ro. quia adduci non potest, uca-
de dicat se esse servum inaudiu-
ni omnia fecerit.*

V I.

Memor esto, quoniam mors non tardat. Eccl. 14. v. 11.

Considera , quidquid mali com-
mittitur à Christianis, inde ple-
rumque nasci, quòd sibi persuadeant,
mortem non tam citò superventuram,
ut dicitur. Mirum non est. Sunt ser-
vi pigri. quis autem nescit , dum isti
sufpicari possint, et si planè non sciant,
herum suum tardiùs redditum in
urbem, hoc abunde sufficere, ut sint o-
mnino segnes in curandis domesticis
negotiis ? In hunc omnino modum
faciunt Christiani : modò imaginari
sibi possint, Dominum longius abesse,
nils alia pejora faciant, saltem otio se
permittunt, comedisi, crapulis, di-
verticulis. Dixi : si non pejora faci-
ant ; quia plerique ex hac noxiâ per-
suasione sumunt animos omnem se-
quendi licentiam. Audi, quid illa adultera dixerit, cùm amatorem suum
ad obscena solatia inviraret. *Non est
vir in domo sua : abiit viâ longissimâ.*
Prov. 7. v. 9. Dives epulo, torum se
daturus deliciis, augendis opibus, cu-
mulandis bonis, opprimendis paupe-
ribus, in lectulo suo ita dicebat: *Anima
mea habes bona posita in annos plurimos.*
Et servus ille infamis , qui sumpro ba-
culo cœpit percutere omnes ancillas
domesticas, ut penum sibi & cellam a-

periret, consumeretque quidquid
annonæ & vini condebatur cum
sua, cur id fecit ? quia dixit in colla-
moram facit Dominus venire, Ma-
t. v. 48. Neque istud solum, sed
admodum hæc damnoſa perfidi-
cit, ut Christiani omnem vitali-
am sequantur, ita etiam facit, ut
in diem emendationē differant:
ut non desistant ab arcibus scelere
facit, ut debita non præstent in
plis & Monasteriis, ut inimicinas
teratas non deponant, ut Confessio
& Eucharistia Sacra menta non
querant, ut denique in perditione
prolabantur , prout accident in illo
nesto seculo Noëmi, quando ratus
mundi fine pœnitentia interuit, &
credebat tam subito non posse
supervenire diluvium , prout DE-
illi minabatur. *Non cognovit
donec venit diluvium , & fuligine*
Mat. 24. v. 39. Mirum ergo no-
deatur , quid sapiens tam disensi-
cat : *Memor esto, quoniam mors
non tardat.* nimium quantum refert huius
re vivacissime impressam animo op-
tionem istam , mortem non tardare.
Nihilominus non dicit : *scias, foli-
at :* *Memor esto.* injuriam tibi fa-

et, si docere vellet tem usque adeò
exploraran, posito igitur, quod licet,
hacum refricat memoriam : *Memor
est*.

1. Considera Christianos non mul-
tu habere difficultatis, ut memine-
re venturam mortem : at plurimam
habere difficultatis, ut velint memi-
nile eam citò venturam. Hic dol-
or, hic terror, & ideo mille modis se
iplos fallunt, adeò, ut *veniat mors su-*
per illos, eos surripiat, eos occupet,
ut *descendant in infernum viventes*.
Pf 54, v. 16. ibique sicut prius, quam
miseri se illuc esse advertant. Ideo
dicit sapiens : *Memor esto, quoniam
mors non tardat*. si non tardat, signum
igitur est, quod non sicut ventura, sed
jam veniat, mox festinet, sine diverti-
culo, sine mora, quod totum necel-
larium est credere, si non tardat. &
de hoc quis dubitet ? quisquis tardat
in via, necesse est mortam illi injici ab
aliquo impedimento intrinsecus vel
extinsecus obiecto. sed horum nul-
lo mors impeditur : quia, quoad inter-
num, periculum non est illam un-
quam ambulando fatigari, non spi-
ritum, non robur perdit : in modo est in-
star rapidi torrentis. vites aquirit
eunde, & quod magis progesditur,
crevit magis, quia vita plus auferit.
Quid defraudat vitam ? Mors. Eccli.
3. v. 14. Quoad externum, non so-
lum illa timere non potest detentio-
ne ullam violentam, cum liberri-
mam à DEO habeat commeandi fa-
cilitatem, sed neque fortuitam. quia
nulla circumstantia ligatur, non loci,

non temporis, non modi. Procedit
manu Regiæ : *Et calcer sapet eum
quasi Rex interitus*. Job. 18. v. 14. si
locum spectes, manu Regiæ procedit,
quia ubique comprehendere te po-
test, terra marique, domi, fori que,
in collibus, in plano, in horis, in
sylvis, in desertis, ita ut ubique cum
libertate regnet. Si tempus spectes,
manu Regiæ procedit, quia quavis
horæ apprehendere te potest, uti de
die, ita de nocte : non respicit cani-
tatem, non metuit fortunam, non fle-
ctitur adolescentiæ, non parcit infanti-
tæ, ita ut omne tempus sit suum. Si
modum spectes, cùdem procedit ma-
nu nempe Regiæ, quia non magis re-
stringitur ad unum, quam ad alterum,
non ad febres, non ad convul-
siones, non ad Catarrhos, non ad ve-
nena, calculos, gangrenas, vel genus
aliud infirmitatis, non fetro, non ig-
ne opus est, solo dente, quo intus te
rodit, finire vitam non advertenti
potest : *Consumetur velut a tinea*. Job.
4. v. 19. Nunc igitur vide, an esse
aliquid possit, quod ipsam impeditat ?
& si nihil est, quā igitur ratione tar-
daturam imaginaris ? *Memor esto,*
quoniam mors non tardat.

3. Considera, satis sciri ista, quæ
haçtenus diximus, sed hoc mirum,
quod, quantumvis sciantur, tanta ta-
men sit necessitas eorum refricandi
memoriam. *Memor esto, quoniam
mors non tardat*. Quis est, qui non
probè sciat se esse mortalem ? *Sic*,
*quia morti trades me, ubi constituta est
domus omni viventi*. Job. 30. & tamea

Kk 3 Ecclesia

Lanna

SCOTTI

VII

Ecclesia certum anni diem constituit, quo magnâ cum solennitate de eo admonet omnes tam viros quam feminas, parvos & grandes, peccatores, & justos, doctos & rudes, quasi quisque ejus esset oblitus. *Memento homo, quia cenis es, & in cinerem revertaris.* Divini verbis præcones è cathedris aliud non agunt, quam ut mortem populis inculment. & ipsæ sacræ paginæ quot tubis hanc in horas memoriam nobis insonant? *Memorare novissima tua.* Eccli. 7. v. 40. *Memento novissimorum.* Eccli. 36. v. 10. *Memor esto iudicij mei: sic enim erit & tuum.* Eccli. 58. v. 23. ut adeo fateri necesse sit, non esse superfluum quemlibet admonere, quod sit mortalís: quanto igitur minus erit superfluum admonere, quod citò sit moriturus? cuius quisque studet, pro virtibus seu cogitationis molesta aboleare memoriā. Sed non est ista regula, quam sequaris, vera regula est conformate se providentissimæ dispositioni Domini, qui ubiq; ingerere nobis volunt imaginem mortis: *Replevit omnia morte.* Sap. 12. v. 26. & ideo quocunque vides, illius contemplationi affueſce. Si in hortum descendas, & ibi flores aspicias, qui cùm vix pandi cæperunt, jam demissò capite langueſcent: *Memor esto, quoniam mors non tardat.* Si pomarium intres, & ibi cernas arbores, paulò antē tantâ foliorum pompâ superbas, nunc amissò flore, & frondium honore incultas & horridas: *Memor esto, quoniam mors non tardat.* Si in agros egrediaris, & illic vides segetem præſentem in horas falcam expeditam: *Memor esto, quoniam mors non tardat.* Si ad fontem vadas, & adire quam, quæ tam longo circuituſiſtis alicubi nasci & erumpere a cœni, subito reforberis, & dentes tenebris: *Memor esto, quoniam mors non tardat.* Si ad focum cias, & observes ligna primum ut obstinatè reniti, demum vero intentare ardore, & in cinerem resolvit, *memor esto, quoniam mors non tardat.* per fenestram prospiciens soleas declinando in vesperam ipsum properare ad occasum: *memor esto, quoniam mors non tardat.* Si in tuo conclavi vel secreto lo clausus advertas candelam in qua lumen tibi ministrat, post consumptam sub oculis emont, *memor esto, quoniam mors non tardat.* Haec & innumeræ aliae imagine, quasi rotidæ speciosæ livæ, quibus latentem mortem inuincet, cùm non semper in Tempore cemeterijs spectare nudam post, qualis certatur in sepulcris, annas putas ex his ipsis re fructuſ placent referre posse? si autem non retra vivam servabunt recentemque mortis proxime imminentis memoria, quæ sola sufficit homini Chiribis ad abstergendam ab animo omnium umbram vanitatis, à corde omnium, ut statuat vitam omnem ibi seris, hoc est, aeternitati consecrare.